

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Thomas Lindemann Heinrich Sulteman

**Dissertatio Iuridica De Iurisdictione : Materia iuris ob varias Reip. Romanae  
vicissitudines intricatissima & difficillima**

Rostochii: Ferberus, 1629

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731635566>

Druck Freier  Zugang



Rechtssprechung

Lindemann - Schleswig.  
R. U. Nov. 1629.



953.

DISSERTATIO JURIDICA  
**DE JURIS-**  
DICTIONE,

Materia juris ob varias Reip.

Romanæ vicissitudines intricata-  
tissima & difficillima,

*Quam*

*SUB PRÆSIDEO*

*Viri Amplissimi Consultissimi*

**DN. THOMÆ LINDEMANNI J.U.D.**  
& antecessoris ordinarij

*Publicæ disquisitioni*

*submittit*

**HENRICUS SULTEMAN Rostoch.**

*Habebitur disputatio in acroaterio  
majori V. Non. Octobr.*



**ROSTOCHII**

Excudebat Augustinus Ferberus Anno 1629.

n

1629.





## THEISIS I.



Iurisdictio, à jure dicundo dicta latissimè accepta, omne jus, dicentis officium, ambitu suo complectitur, l. i. ff. de juridict.

## II.

Est vero in genere notio a, civilium b, vel criminalium c causarum, quæ vel lege d certâ, vel jure magistratus e, vel ex mandato vel extra ordinem competit.

a. l. notionem, 99. ff. de verb. signif. l. 5. ff. dere judic. l. i. 5. initio. ff. de off. præf. urb. l. penult. ff. de calumniat. l. cum hi. 8. 5. 1. ff. de transf. et. l. fin. ff. de O. & A. l. si præses. 6. C. Quomodo & quando judex sentent. preferr. debeat. l. non aliter. 69. 5. 1. Legat. 3.

b. l. si idem. 11. ff. de juridict. l. i. ff. de off. ejus cui mandat. est juridict.

c. d. l. i. de off. ejus cui mandat. est juridict.

d. d. l. i. de off. ejus cui mandat. est juridict. l. i. 5. à prefecto legat. 3. l. illicitas. 6. 5. qui universas. ff. de off. præsid.

e. d. l. i. de off. ejus cui mand. iudict.

f. extraordinem enim jurisdictionem habent, præfetus vigilum & annonæ, qui veri magistratus non erant. l. 2. 5. Et hoc omnia. 33.

A 2 ff. de

ff. de orig. iur. Unde Goveanus putat, hos quoque non potuisse aliis maudaret juris dictio-  
nem, imo nec judices dare, ad h. eum qui. ff. de  
jurisdict.

### III.

Unde in Civilem vel criminalem a recte di-  
viditur; hæc est causarum criminalium, certa  
lege, data, concessa, illa civilium causarum, cum  
imperio b quodam magistratus, aliove jure c,  
competens notio.

a l. 2. §. & quis 23. ff. de orig. jur. l. 1. pr.  
ff. de off. ejus cui est mandata jurisdictio.

b. l. 1. §. 1. l. fin. ff. de off. ejus cui mandata  
jurisdict. l. 2. l. 3. ff. de jurisdict.

c Multa enim sunt, quæ ad jurisdictionem  
legibus referuntur, nec tamen iure magi-  
stratus competunt, nec delegari possunt, ut co-  
gnitio prætoris, de transactionibus alimento-  
rum lege datur, nec mandatur. l. 8. §. sed nec ff.  
de transact. idem est in cognitione de separatio-  
ne, quæ soli præsidi & prætori, nulli alij com-  
petit. l. 1. §. de his. ff. de separationibus. Sic et-  
iam suspecti tutoris cognitio, / quæ tamen ob  
utilitatem etiam, mandata jurisdictione transie  
in proconsulis legatum, & alium quemlibet,  
eui mandatur jurisdictio. l. 1. §. an autem. ff. de  
suspect. tut. & curat. l. 4. ff. de off. ejus cui mand.  
est jurisdict. Sic & consilij exercitio. l. 2. §. 1. ff.  
de off. ejus cui mand. jurisdict. emancipatio. l. fin.  
C. de off. ejus qui vic. alij. judic. vel præsid. obtin. tu-  
toris datio, in pr. inst. de Attil. tut. adoptio, quia  
est legit actio, l. 4. ff. de adopt. l. 1. ff. de off. juri-  
dic. cognitione de alienatione prædiorum pupil-  
larium. l. 1. ff. de reb. cor. quæ sub tut. vel cur. st.  
l. 2. §.

985

l. 2. §. 1. ff. de off. ejus cui mand. est juridic. causa libertatis & status, quæ majores judices requirunt. l. non distinguemus. 32. §. 7. ff. de recepto, qui arbitrio receper. & gemina causa, quæ in duobus edictis, uno de agnoscendis & alendis liberis, altero de ventre inspiciendo, custodiendoq; partu, continentur. l. ult. ff. de agnosc. liber. l. i. in pr. & §. de inspiciendo. 10. ff. de ventre inspiciendo.

## IV.

Utraq; olim solemni judiciorum genere vi gente erat ordinaria, vel extraordinaria a, quæ divisio licet formulis b, & impetrationibus sublatis, ab usu nostro recesserit, non tamen exinde omnium criminum poenas c, libero judicantium arbitrio, commissas esse, dicendum est.

a Actiones vel ordinariæ vel extraordinariæ dicuntur. 1 Ratione veteris illius solemnitatis, qua soiæ actiones ordinariæ, h. e. legis actiones, & prætoriaæ directæ, impetrabantur ac dabantur; Utiles vero omnes, quæ peregrinis dabantur, quia neq; legis actiones effient, neq; solemnitate gaudebant, & plerunque etiam apud peregrinum prætorem constituebantur, extraordinariæ dicebantur. 2. Ratione cause efficientis & originis, quia aut ordinario, h. e. civili & communii jure competit, aut extra ordinem, h. e. extra jus constitutum, prætoria benignitate, cuiusmodi est, restitutio in integrum, actio prætoria subsidiaria, & si quæ sunt alia. 3. Aliæ sunt actiones directæ, ex verbis & mente legis, edictivæ, aliæ utiles, per interpretationem sc. & sententiam legis. l. 6.

A }      §. 1. ff.

9. i. ff. de V. s. & hæc differentia hodie ducat.  
4. Persequendi genere, nam ut de furto civili-  
ter in duplum agatur, ordinarium est, ut crimi-  
naliter, extraordinarium. l. fin. ff. de furt. quod  
& de injuria proditum est. l. fin. ff. de injur. &  
famos. libell.

b. t. tit. C. de formul. & impetrat. att. sub-  
lat.

c. per l. i. s. 4. ff. ad SC. Turp. l. si qua pæ-  
na. 244. ff. de V. S. l. ordine. 15. ff. ad municip. qui-  
bus dicitur pœnam criminum non ex arbitrio  
judicis, sed legis dispositione irrogari. Imo pu-  
niuntur qui levius, vel severius, quam lex de-  
poscit, puniunt. l. s. s. fin. C. ad leg. jul. de vi  
publ. l. fin. C. de sanct. baptism. iter. l. 2. C. de com-  
merc. & mercat. l. i. C. de desertor. & occultat. eo-  
rum. l. i. s. sed & s. ff. ad leg. Cornel. de falso.

## V.

Criminalem jurisdictionem, pro diverso Rei-  
publ. statu majores magistratus non tantum, sed  
& alij, quibus ea lege committebatur, exerce-  
bant: inter quos tempore Consulum etiam erant  
quatuor prætores, reliquis à Sylla adjecti. Item  
proconsulum legati, qui aliquam jurisdictio-  
nem criminalem habuisse videntur, cum nimi-  
rum de criminali causa cognoscere potuerint.

l. solet. 6. ff. de off. procousul. l. unic. C. eod. tit. & in casibus  
nonnullis, vigilum præfecti, & similes. l. 3. s. 1. ff.  
d. off. præfect. vigil. l. fin. ff. eod. l. unic. C. eod. tit.

## VI.

Civilis porro jurisdiction, est vel voluntaria,  
quæ in consentientes, vel contentiosæ, quæ in  
litigan-

litigantes exercetur, l. 2. ff. de off. procons. & legat. l. inter.  
83. s. si stichum. ff. d. V. O.

### VII.

Quia verò jurisdictionio, ab ordinario, vel vicario magistratu expeditur, in principalem, & minus principalem, haud inscitè dispertitur. Novell. 125.  
Illa proprio jure, hæc ex mandato *a*, partiumq; consensu *b*, & prorogatione, contingit.

*a.* Mandare jurisdictionem est, suam exercendam, & exequendam alteri dare, ut jurisdictione quidem maneat nostra, usus tamen & exercitio in accipientem transferatur, communicative sc. non dative. Matth. Steph. lib. 1. de jurisdic. c. 15. n. 4. & seq. Obrecht. lib. 4. de jurisdic. c. 6. n. 8.

*b.* l. 1. & 2. ff. de judic. l. si convenerit. 18.  
ff. de jurisd. l. 1. C. cod. tit.

### VIII.

Mandatam *a* jurisdictionem habens, eam mandare alteri nequit *b*, sed mandati vigore exercet *c*, & à judice pedaneo *d*, sive ab alio, quam principe dato *e*, plurimum differt.

*a.* Non tantum Romæ, prætores, in provinciis, proconsules & præfides, de quibus id constat. l. 16. l. 17. ff. b. t. l. 13. ff. de offic. procons. & legat. l. 2. ff. de off. ejus cui mandat. est jurisdic. jurisdictionem suam mandare possunt, sed omnis omnino magistratus, qui jurisdictionem propriam & suo jure habet, Donell. 17. Comment. 8. per l. 5. b. t. quæ indistinctè loquitur, Romæ ædiles, in provinciis juridici, & procuratores Cæsaris.

*b. l. mo -*

b. l. more. §. ff. b. t. l. fin. ff. de off. ejus cui mandat. est juridict. nihil enim proprium habet l. i. §. i. ff. de off. ejus cui mand. juridict. immo alienam jurisdictionem exsequitur. l. 3. d. t. & vice mandantis fungitur. l. solet 16. b. t. n. nemo autem plus juris in alium transferre potest, quam ipse habet. l. nemo. §. ff. R. I.

c. d. l. i. §. i. ff. de off. ejus cui mandat. est juridict. d. l. 5. l. 16. l. 17. ff. b. t.

d. Quia hic i. nudam notionem, in causis tantum civilibus habet. l. ult. C. ubi & apud quem cognit. in integr. restit. agit. sit. l. 2. C. de pedan. judic. l. ult. C. eod. Unde judices pedanei etiam cognitores appellati sunt. Matth. Steph. de Jurisd. l. i. c. 2. n. 46. ille vero, jurisdictionem habet mandatam, cum cohærente impecatio non mero. l. fin. ff. de off. ejus cui mandat. est juridict. l. 3. b. t. 2. Hic sententiam suam exequi nequit. l. à Divo Pio. 15. ff. dere juridict. l. 55. ff. eod. ille potest, quia conjunctum habet imperium. d. l. f. ff. de off. eius cui mandat. juridict. 3. Judicis dati propria notio, sive cognitio est. l. i. §. 4. ff. ad SC. Turpilian. ubi Papinius dicit, facti questionem in arbitrio vel potestate judicis esse, plerunq; enim de facto cognoscit. Matth. Steph. de Juridict. libr. I. c. 16. n. 18. Obrecht. lib. 4. c. 3. n. 8. Jus verò ex formula sibi praescripta mutuat. l. 3. C. de judic. pedan. at ejus cui mandata jurisdictione est, propria non est. l. i. §. qui mandatam. ff. de off. eius cui mand. jurid. 4. Mandata jurisdictione mandantis morte solvitur. l. & quia. 6. ff. b. t. at judicium non solvitur, et si qui judicem derit deceperit re integra, sed idem judex manet, qui datus est sermeli & factus judex. l. venditor. 49. §. 1. ff. de judic. Cujac. ad l. 6. b. c. 5. Jurisdictione omnis, sive universa mandari potest. l. solet. 16. l. prætor. 17. ff. b. t. at judex datur tantum vel ad unam item, vel ad unam speciem, unde etiam specialis dicitur. l. ult. ff. de off. præt. l. præses. 5. ff. de off. præsid. l. ult. C. de judic. 6. Judex datus alium judicem dare nequit. l. 5. C. de judic. is autem, cui jurisdictione data est, judicem dare potest. l. cum prætor. 12. ff. de judic. 7. Jurisdictione non nisi à magistratu volente mandatur. l. solent. 6. §. 1. ff. de off. præcons. & legat. at judicem dare magistratus olim cogebatur, quia jure ordinario ipse non poterat judicare. l. 2. C. de judic. pedan.

e. Ju-

e. Judex a principe datus, alium judicem in eadem causa dare potest. l. 5. C. de judic. l. unic. in fin. C. qui pro sua jurisd. judic. dar. darive poss. imo sententiae executionem habet, cum & assessores & apparitionem propriam, & per consequentiam propriam jurisdictionem habeat. Cujac. paratitl. C. qui pro sua jurisd. judic. dar. darive poss. Nov. 60. l. penult. C. destrukt. & lit. expens. Cujac. lib. 12. observ. c. 1.

### I X.

Unde ab hoc, is qui dedit, ab illo, non is, qui mandavit, sed superior, appellatur. l. i. f. quis a quo appell. l. i. §. 3. ff. de appell. & relat.

### X.

Consensus a jurisdictionem, in judicem alias incompetenter prorogans b, per aditionem c præcipue judicis inducitur, nec unius partis ponitentia d revocatur.

a. Prorogatio, consensu litigatorum, & aditione judicis incompetentis, in quem consensus est, fit. Et si expresso consensu id fiat, præcedit consensus, subsequitur aditio, si tacite l. e. re ipsa & facto præcedat, præcedit aditio. Si errant litigantes, in jure, vel facto, non consentiunt, nec jurisdictionem protogare dicuntur. l. 2. pr. ff. de judic. l. si per errorem. 15. ff. de jurisdict.

b. De prorogata jurisdictione vid. l. 1. ff. de judic. exempla vide in l. 1. C. b. t. l. etiam. 15. §. fin. ff. de manumiss. vindict. l. emancipari. 36. §. 1. ff. de adopt.

c. Communis est opinio, tum demum judicem aditum intelligi, cum litis contestatio facta est, utpote cum ante litis contestationem,

B lice.

liceat ei semper uti foti præscriptione. **Z**ius fatetur, eam sententiam, quod per quemvis judicariū actum, iudex aditus intelligatur, textui magis convenire quam sententiam, *Guilhelmi Cunei in l. 18. ff. b. tit. & Riminald.* ibidem probat *Vulteius in l. 3. C. de jurisdictione.* Si enim litis contestationem requisivisset, sine dubio ejusdem etiam meminisset Africanus.

**d.** Nam si citatus ad incompetenter ju dicem compareat, & exceptionem incompetentiae non apponat, tacite videtur in eum consensisse, & hic tacitus consensus hunc habet effectum, ut retractari non possit, multo magis itaq; hoc operabitur consensus expressus. *Vult. ad l. 1. C. h. t. n. 154.*

## XI.

Hodie tamen moribus nostris, quia ceperunt jurisdictiones esse quodammodo patrimoniales, non licet semper inscio & invito judge competente, jurisdictionem prorogare, imprimis cum pleriq; imperij status, certa exemptionum privilegia habeant. *Geill. obser. 41.* Quod & in Clerico Ecclesiastico, foro renunciante, Canonistæ, & in vasallo, curiam vel dominum suum præterente Feudistæ statuunt. Idem dicendum est, de omnibus, qui privilegium habent fori, non tam suo, quam iudicis superioris favore: Interest n. superiorum, ne subditi ipsorum judicentur ab alio. *Vult. l. 1. C. h. t. n. 166.*

## XII.

**Qui vero jurisdictionem habent, nec sibi,**  
**nec**

nec suis, nec extra territorium b, nec ultra mo-  
dum c definitum jus recte dicunt, nec in supe-  
riores vel pares jurisdictionē exercere d possunt.

a. l. 10. ff. b. t. l. fin. s. penult. C. ubi senator.  
vel clariss. civil. vel criminal. convenient. l. unico  
C. ne qui in sua caus. judic.

b. l. ult. ff. b. t. nullus enim magistratus  
extra territorium suum jus dicere potest, ne  
quidem præses, proconsuli tamen specialitec  
datum est, ut statim atq; urbem egressus est, et si  
nondum in provinciam pervenerit, jurisdictionē  
voluntariam recte excecat. l. 2. l. 5. ff. de  
off. procons. & legat. l. emancipari. 36. ff. de adopt.  
Cujac. in l. ult. hic repetit. præfect. Excipitur  
tamen causa SC. Articuleani, ob favorem li-  
bertatis. l. non tantum. s1. S. sed Articulejano ff. de  
fideicom. libert.

c. Ut est jurisdictione diuum virorum. Panl.  
lib. 5. sentent. tit. 5. pr. & defensorum civitatis,  
qui ex Novell. 13. in pecuniaris causis usq; ad  
trecentos aureos judicant. olim usq; ad 50. tan-  
tum. l. 1. C. de defens. civit. aliud est in tutelis,  
qua ex lege non jurisdictione competit. s. nos  
autem. inst. de Attilian. tut. inter consentientes  
quoq; recte de majori summa hi magistratus  
judicant. l. inter. 28. ff. ad municip. l. de qua re. s.  
1. ff. de judicii.

d. l. 12. s. tempestivum. ff. ad SC. Trdbell. l.  
4. ff. de recept. qui arbitr. receper. ut sent. dic. nisi  
major magistratus, minori se subjecerit. l. 14. ff.  
b. t. d. l. 13. s. tempestivum. ff. ad SC. Trebell. nam  
si judex datus par imperium cum eo qui dedit,  
nactus, sit judicium finitur. l. judicium. 58. ff.  
de judic. In voluntaria tamen jurisdictione, hoc  
secus se habere videtur, in qua major in mino-

rem vel parem non potest consentire. Unde  
a quod collegam nemo manumittit. l. 14. ff. de  
manumiss. Prætor tamen apud consulem manu-  
mittere potest. d. l. apud. 14. ff. de manumiss. hic  
enim majus imperium habet.

### XIII.

Solent quoq; Canonistæ , jurisdictionem in  
secularem & Ecclesiasticam dividere, sed hæc ut  
juri, ff. EC. incognitâ a, ita nec per omnia pro-  
banda est.

a. Nudam enim eos audientiam tantum-  
modò habuisse apparet. l. repetita. 4. C. de Epi-  
scop. & Cleric. l. episcopale judicium. 8. C. de epi-  
scopal. audient.

### XIV.

Nervus jurisdictionis imperium est , jubendi  
sc. cum parendi necessitate potestas a. Idq; quia  
vel à jurisdictione discretum b, vel cum ea con-  
junctum est, merum c, vel mixtum statuitur.

a. l. 4. ff. de recept. qui arbitr. receper. ut  
sent. dicant. i. unic. ff. si quis jus dicent. non ob-  
temp. l. 13. s. tempestivum. ff. ad SC. Trebell.

b. Nam is qui jurisdictionem criminalem habet, non statim merum imperium habe-  
re videtur. Præfectus enim annonæ habet qui-  
dem criminalem jurisdictionem. l. 13. ff. de accu-  
sat. ut & præfectus Vigilum. Imperiū vero mé-  
rum in totum non item, cum facinerosos ultimo  
supplicio afficere nequeant, sed eos puniendos  
ad præfectum urbi remittere teneantur. l. 3. s. l.  
l. ult. ff. de off. præfect. vigil. l. unic. C. eod. tit.

c. Sic merum dicitur jus gentium. l. bona  
fides. 31. ff. deposit. in pr. merum factum. l. qui res  
q8. s.

959.

93. 5. mibi koma. 6. ff. de solut. & liberat. mera  
pœna. l. unic. §. fin. ff. si quis jus dicent non ob-  
temp. Sic stipulatio ex mero judicis officio  
proficiscens. l. 5. ff. de verbor. obligat. Mera con-  
ditio. l. cum servus. 82. ff. de Condic. & demonstr.

## XV.

Merum imperium *a* est animadversio *b* in fa-  
cinerosos, lege data *c*, definita.

*a.* Meri imperij fit mentio in l. 3. ff. b. t.  
l. i. §. 1. ff. de off. eius cui mandat est jurisdic<sup>t</sup>. Id-  
eo autem merum hoc dicitur imperium, quod  
jurisdictioni non insit, sed quod purum sit atq;  
sejunctum à jurisdictione. Obrecht. de jurisdic<sup>t</sup>.  
c. 3. n. 7. Matth. Stephani de Jurisd. lib. i. c. 6. n.  
24. & sequentib.

*b.* Animadversionis enim vox refertur  
ad executionem, non ad cognitionem. l. aut  
damnnum. 8. §. 1. ff. de pœn. l. non dubito. 7. §. fin. ff.  
de captiv. & de postlim. & redempt. ab hostib. l. per-  
ficiendum est. ii. §. fin. l. quod ad statum. 12. ff. de  
pœn. ubi animadvertisitur in damnatos, in quos  
nulla exercetur cognitio. l. si quid erit. ii. ff. de  
off. procons. & iegat.

*c.* l. 3. ff. b. t. l. 1. ff. de off. eius cui mandat  
est jurisdic<sup>t</sup>.

## XVI.

Hujus animadversionis gradus sunt præcipui:  
naturalis & civilis vitæ ademptio, vel alia gra-  
vis, cum læsione existimationis, exercitio.

l. si quis forte. 6. §. fin. cum ll. seqq. l. capita-  
lium. 28. ff. de pœn. Cujac. in lib. 5. sentent. Paul.  
tit. 17. & lib. 7. observat. c. 13. Fustigatio si ex  
crimine publico irrogetur, ad animadversio-

B 3 nem

nem hanc pertinet. l. 2 ff. de publ. iudic. d. l. ff.  
quis forte. 6. §. fin. cum ll. seqq. ff. de pœn. l. licet  
capitalis. 103. ff. de verbis. signif. l. 6, 10. ff. de jure  
patronat.

### XVII.

Gradus hi vel omnes, vel ex parte, conceduntur, & ideo merum imperium in plenum, vel minus plenum distinguitur. Illud habuerunt olim præfctus urbi a, præfctus prætorio, proconsules & similes; hoc provinciarum præfides.

a. Habuerunt enim etiam potestatem deportandi, quam præfides non habuerunt. l. rei capitalis. 2. §. 1. ff. de pœn. nam præfides cum deportare volebant, principi indicare cogebantur, præfecti urbis non sic. l. unic. C. ne sine ius. princip. cert. judicib. liceat confisc. Sic præfctus vigilum potest atrociter verberare, quod etiam est meri imperij. l. 3. §. cognoscit. l. ult. ff. de off. præfect. vigil.

### XVIII.

Licet autem imperium merum à jurisdictione separatum sit, & quandoq; solum contingat, tamen quibus de criminis cognitio, iis & executio, committi solet,

### XIX.

Unde plenissima a jurisdictione à principe concessa, vel castro, cum omni jurisdictione dato, merum etiam imperium, ex præsumpta concedentis voluntate, communis loquendi usu, comprehendi receptum est.

a. Quia

960.

2. Quia i. appellatione jurisdictionis  
merum imperium venit. l. 2. §. 23. dicit Pom-  
ponius jus dicere, & in §. exactus deinde. 16. ff.  
de O. I. dicit, animadvertere de capite. & l. 7. §.  
fin. cum ll. seqq. ff. de off. procons. c. i. de pac. Cono-  
stant. 2. Quia beneficia principis latissime  
sunt interpretanda. l. beneficium. ff. de constituti-  
on princip. l. si quando adnotaciones. C. de bon. va-  
cantib. 3. Quia verba intelligi debent in po-  
tentiori intellectu, & tali, quā effectum habe-  
ant. l. ult. C. de donat. 4. Indefinita locutio  
vim habet universalis. l. rescriptum. 10. ff. de pa-  
ctis. 5. Concessionis verba diligenter sunt in-  
spicienda. l. non aliter. 69. legat. 3. quorum in-  
terpretationi etiam in odiosis est satisfaciendū.  
l. lege Julia judiciorum. 4. ff. de testib. sic si prin-  
ceps restitutionem concedat, omnia quā ver-  
bo restitutionis venire possunt, consensisse in-  
telligitur. l. i. C. de sentent. paß. & restit. l. videa-  
mus. 38. §. 4. ff. de usur. & fructib.

## XX.

Et quidem hoc casu, non nudam exercitio-  
nem sed ipsum merum imperium contingere,  
cum Azone æquum dicente, contra Lotharium  
equum ferentem defendemus.

l. 3. ff. de off. præsid. l. 4. l. 6. §. qui universas.  
l. 20. ff. cod. tit. l. solet. 6. §. 2. l. 7. §. fin. l. 8. cum  
ll. seqq. ff. de off. procons. & legat.

## XXI.

Præscriptione anne hoc imperium acquiri  
possit, valdè controvertitur, nos licet jure civili,  
à lege & principe pendere id non negemus, à  
com-

communi tamen opinione, in habilibus personis præscriptionem probante, non simpliciter recedendum putamus.

*l. fin. C. de emancipationibus. c. auditū. c. cum olim. de præscript. l. viros. 8. C. de divers. effic. & apparitor. judic. arg. b. ultime. C. d. tit. c. i. s. i. de pac. Constant. c. cum contingat. extra de foro competent. c. dilecti. extra de arbitr.*

## XXII.

Quia vero à lege, Senatusconsulto, vel principe, imperium hoc datur, veritate legum inspectā, id nullo jure, nec Civili *a*, nec Canonico *b*, nec novo, nec veteri, ne quidem in casu infirmitatis *c*, vel absentiae, demandari posse, putamus, licet moribus nostris id magistratus jure competere, & mandari, inficias non eamus.

*a. l. i. s. i. ff. de off. eius cui mandat. est iuridict. l. nemo. 70. de R. I. l. solet. 6. pr. ff. de off. procons.*

*b. c. fin. X. de offic. & potest. judic. delegat. Clem. c. i. de heret. & sentiunt nobiscum. Jacobus Menochius de arbitr. judic. questionib. Obrecht. de lib. 4. de iuridict. cap. 5. Matth. Stephani. lib. 1. de iuridict. c. 18. n. 69. & seqq. Scipio Gentil. lib. 3. cap. 29.*

*d. Specialiter enim hoc tantum in exercitio criminis violentiæ est constitutum. l. i. ff. de off. eius cui mandat. est iuridict. & proinde in aliis casibus diversum obtinet. Sic argumentatur Juris Consultus in l. 3. C. ex quib. cau. infam. irrogat. Sic Cic. pro Balbo. Sic exceptio facit,*

facit, ne liceat, ibi necesse est licere, ubi exce-  
ptio non est.

### XXIII.

Proinde mixtum imperium est, Ulpiano au-  
toore, potestas, cui jurisdictionio inest: sive pote-  
stas, modicè coercendi & exequendi, juris-  
dictioni cohærens. l. 3. b. t. l. fin. ff. de off. ejus cui  
mandat, est jurisdictione l. ossa. 8. §. si in locum ff. de  
religios. & sumptib. funer.

a. Modica coercitio dicitur quæ sit per  
verbera, aut vincula. l. 7. ff. de pœn. sed sunt &  
alia genera coercionis modicæ, quæ insunt ju-  
risdictioni, ut pignoris captio, mulctæ dictio,  
in possessionem bonorum missio. l. sacrilegi. 9.  
§. fin. ff. ad l. jul. peculatus. coercentur & con-  
tumaces pœnali judicio, de quo in in tot. tit. ff.  
si quis ius dicent. non obtemperav.

### XXIV.

Id imperium cum ex mixtura imperij & ju-  
risdictionis constet, ideo nec hæc sine illo, nec  
illud sine hac expediri potest, à principaliori ta-  
men merito imperium mixtum, non jurisdictione  
appellatur.

Cujacius hanc mixturam adeo dicit effi-  
cacem esse, ut nihil sit imperij, quod non possit  
dici jurisdictionis, & è contra. Concedimus  
id quidem, sed tamen alia sunt principaliter ju-  
risdictionis, alia principaliter imperij, sic ani-

C

ma &

ma & corpus sunt partes animalis, quæ tamen  
animæ tribuuntur, non corpori, sic  
mulsum ex melle & vino confectum, hæc ta-  
men duo essentialiter distinguuntur.

## XXV.

Præter hanc jurisdictionem, simplex ab in-  
terpretibus quæ dicitur jurisdiction, intellectu  
magis fingitur, quam re ipsa, & in individuo de-  
monstratur.

Interpretes enim jurisdictionem simpli-  
cem definiunt, quæ officio judicis mercenario  
expeditur, privatam utilitatem respiciens. Ta-  
lis nulla est jurisdiction, & videtur tamen cade-  
re hujusmodi definitio, in notionem judicium  
pedaneorum. Vultejus definit simplicem ju-  
risdictionem, quæ in causæ cognitione posita  
est, cum potestate, jus dicendi, de privatis,  
sed male etiam eandem judicibus pedaneis tri-  
buit, qui jurisdictionem nullam habent. l. fin.  
C. ubi & apud quem cognit. in integr. restit. exi-  
gend. sit.

## XXVI.

Est vero pars quædam hujus imperij, magis  
*a* imperiosa *b*, quædam magis juridica: Unde  
alia imperij magis, alia jurisdictionis dicuntur.

*a.* Magis hic ponitur συγκείωσις, in com-  
parationem, ut cum dicimus, mel est dulce  
magis, quam uva, non θελησις, ut cum dicimus,  
virtutem, magis prodeesse, quam obesse.

*b.* Goveanus ait: cum aut det, judices  
dan-

962

dando, aut dicat, jus dicendo cum imperio, l.  
cum prætor dicat. 81. de V. S. quæ simplex jussio  
dicitur. l. ult. §. fin. ff. quod metus causa gestum  
erit, aut addicat: ea magis imperij videntur,  
quæ ad secundam, prætorij muneric partem  
pertinent, cum sc. jubet aut verat aliquid præ-  
tor ad alieujus postulationem. l. fin. ff. ne vii fiat  
et, qui in posseſſ. miss. erit.

## XXVII.

Imperij magis sunt, quæ in imperando præci-  
pue consistunt, ut jubere cavere, pignora cape-  
re a, damnatum prehendere, manu militari co-  
ercere, deniq; omnia b sine quibus jurisdicſio  
expediri nequit,

a. l. qui restituere. 68. ff. de rei vindicat, l.  
sacrilegi. 9. §. fin. ff. ad l. Jul. peculat.

b. Item imperij magis sunt, advocatio-  
nis officio, vel foro interdicere, mulctare per-  
tinacem, denegare audientiam. l. sed & si per  
prætorem. 25. §. 6. ff. ex quib. caus. major. 25. ann.  
in integr. restit. in vincula conjicere, prætoris  
decreto non obtemperantem. l. injuriarum actio  
13. §. 2. ff. de injur. & famos. libell. condemnare  
contumacem in expensas. l. sanctimus. 15. C. de  
judic. habere pro confessio eum, qui non respon-  
dit, vel jurare de calumnia recusat. l. de etate. 11.  
§. 4. ff. de interrogationib. in jur. faciend. & inter-  
rogator. actionib. l. 2. §. fin autem reus. 2. C. de ju-  
rejurand. post calumn dand. propter calumniam,  
torquere testem in causa civili & pecuniaria. l.

*Dixit Pius. 9. ff. de quaſſionib. poſſeſſionem dare;*  
hoc enim magistratibus municipalibus olim  
quoq; non licebat. Hodiè non datur poſſeſſio  
bonorum, ſed agnoscitur à ſucceſſore, &  
ſufficit conteſtatio agnitionis, ſeu agnoſcendæ  
& amplectendæ bonorum poſſeſſionis, & hæc  
conteſtatio hodiè reſtè fit etiam apud magiſtratum  
municipalem. *l. fin. C. qui admitt. ad  
bonor. poſſeſſion. poſſ.*

## XXVIII.

Jurifdiſtionis *a* magis *b* ſunt, quæ in cogno-  
ſendo potius, quam jubendo, vetando, con-  
ſiſtunt, qualia ſunt, jurifdiſtionis voluntariæ,  
quæ dicuntur: Adoptio *c*, Emancipatio, & ſi-  
milia, ut judicis *d* datio.

*a.* Licet impérium aliquod inter loquen-  
do exerceat. *l. quod iuſſit. 14. ff. de re iudicat.*

*b.* Ut cum judeſ interlocutoriam fert  
ſententiam. *Cujac. ad l. 1. ff. de offic. eius cui man-  
dat. eſt iuriūdīct. vel ſi qua de re levi cognoscat  
magistratus extra ordinem, vel ſi de plano, non  
de tribunali cognoscat, vel ſi non contentio-  
ſam jurifdiſtionem exerceat, quæ exerceetur in-  
ter invitos litigatores, ſed voluntariam. Sic di-  
cimus decernere, edicere, magis fieri pro jurif-  
diſtione, quam pro imperio.*

*c.* H̄i tamen actus legitimi & ſimiles,  
non jure magistratus competunt, ſed apud eum  
tantum, penes quem eſt legis actio, peragun-  
tur. *ex l. 4. ff. de adoptionib. l. fin. C. vindict. li-  
bertat. & apud concil. manumisſ. Unde ſequitur,*  
*cos*

963.

eos mixti imperij, sive ejus jurisdictionis, quæ  
 jure magistratus competit, non esse; sed ejus,  
 quæ lege specialiter datur, in omnibus tamen  
 his actibus imperium quoddam est, ideo ad-  
 rogatio imperio magistratus fieri dicitur. §. 1.  
 inst. de adoptionib.

d. Judicis datio huc refertur 1. Quia  
 prætorum demum jus dicere dicebatur, cum  
 iudicem dabat. 2. Quia, quāvis imperium  
 adjunctum habeat iudicis datio, quo ad judi-  
 candum cogi possint judices. l. prætor eos. 13. §.  
 2. ff. de vacat. & excus. muner. l. ult. §. 14. ff. de  
 munerib. & honorib. tamen in ipso actu dationis  
 iudicis, magis appetit jurisdictione, quam impe-  
 rium, utpote cum voluntibus detur.

## XXIX.

Quæ autem imperij magis sunt, quam juris-  
 dictionis, ea magistratus, municipalis regulari-  
 ter & facere nequit.

a. Regulariter dicimus, nám per conse-  
 quentiam habent etiam ea, quæ magis sunt im-  
 perij, utpote sine quibus jurisdictione expediti  
 nequit, hinc vero dicendum non est, magistra-  
 tus municipales habere ea, quæ magis sunt im-  
 perij, quæ enim accessionis tantum vice com-  
 petunt, ea ne quidem in iure haberri dicuntur:  
 Sic servitutes in bonis esse non dicuntur, nec  
 extra bona, quia accessionis tantum iure patri-  
 monio accedunt; Sic qui domum possidet, sin-  
 gula tigna possidere non intelligitur. l. eum. qui  
 ædes. 23. ff. de usurpationib. & usucaptionib. l. re-  
 rum mixtura. ff. eodem. Eadem ratione magi-

CO

stra.

Stratus imperium habere non dicuntur, qui imperium jurisdictioni cohærens habent, cum per se non habeatur, sed accessoriē tantum, at ea quæ præcipue in jubendo, absq; legitima, sive ordinatio cognitione præviâ fiunt, ea magistratus municipalis facere nequit, ut sunt danni infecti nomine jubere cavere, mittere in possessionem, in integrum restituere, in hisce enim cognoscendo jubemus, & cum eam cognitionem hæc res desideret, superioris provinciæ præsidis auctoritas requiritur. Novell. 15,

### XXX,

Cærcores, modo ad merum *a*, modo ad mixtum *b* imperium, pro ratione causarum, in, & ex quibus adhibentur, referri possunt.

*a.* De pœna carceris videatur. *c.* quamvis extra de pœni, juncta: aut damnum. 8. ff. eodem. *c.* novimus. §. fin. de V. S. quæ loquuntur de perpetuis carceribus, & hæc pœna morti æquiparatur. *c.* qualiter & quando, extra de actionib; hæc autem pœna jure civili in liberis hominibus locum non habet. *d.* l. aut damnum. 8. ff. de pœn. §. 9. & l. mandatis principalibus. 35. ff. eodem. Si igitur in criminalibus causis adhibeantur, ad merum imperium merito referuntur, sunt enim quasi imperij accessio, accessorium autem sequitur naturam sui principalis. *l.* edictum. 8. ff. de questionib; *l.* cum principalis causa. 178. ff. de R.I.

*b.* In causis civilibus ad mixtum imperium referri, pro certo statuimus. *l.* sacrilegi. §. 9. fin. ff. ad *l.* Jul. peculat.

Tute-

### XXXI.

Tutelæ dationem, nec jurisdictionis, nec imperij, sed ei soli competere, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel Senatusconsultum, vel princeps, Ulpianus ait.

Sic legatus proconsulis tutorem dat, ex oratione Divi Marci. l. i. §. 1. ff. de tutorib. vel curatorib. dat. Prætor Urbanus ex lege Attilia, provinciæ præses, ex lege Julia & Titia, pr. Inst. de Attilian. tutor. Juridictus Alexandriae, ex eadem oratione Divi Marci. l. juridicos. 2. ff. de offic. juridic. Præfectus urbis, ex epistola Divi Severi. l. i. ff. de offic. præfect. urb. l. Titius filius meis. 45. §. penult. ff. de excusationib. tutor. vel curator. Ex ejusdem Divi Marci constitutione habet tutoris dationem, prætor tutelaris, quem ipse primus curavit. Ex constitutione Claudi consules habent hanc potestatem. Magistratus quoque municipalis habet hoc à lege. l. jus dandi. 3. ff. de tutorib. vel curatorib. dat. licet id jussu præsidis faciat. Sic habet & pignoris captionem. l. quemadmodum. 29. §. magistratus. ff. ad leg. Aquil. licet id raro faciat nisi jubente præside. l. nominatori. ii. C. de pignorib. & hypothec. Sic decuriones possunt tutores dare. l. ubi absunt hi. ff. de tutorib. vel curatorib. dat. qui tamen jurisdictionem nullam habent, sed tantum suffragium. tot. tit. ff. de decurionib.

### XXXII.

Habent hoc imperium magistratus, quibus Republic. procuratio, à principe, vel populo com-

commissa est, ut Romæ quondam prætores **a**,  
Ædiles Curules **b**, Decemviri hastæ **c**, & litibus  
judicandis præfecti, & similes.

**a.** Prætores enim civilem tantum habu-  
isse jurisdictionem apparet, ex eo, quod totam  
jurisdictionem suam mandare potuerint. *l. sol-*  
*let prætor. 16. ff. b. t.* quod certè facere non po-  
tuisset si merum imperium habuisset. *l. i. ff. de*  
*off. eius cui mandat. est juridict.* *l. communu li-*  
*bertus. 23. ff de in jus vocand.* *l. fin. de privat de-*  
*lict,* majora enim crima, quam quæ in præ-  
dictis duabus legibus continentur, ad præsi-  
dem vei prætorem urbis remisit punienda. *l. i.*  
*l. fin. ff. de suspect. tutorib. vel curatorib.* *l. i. l. i.*  
*ff. de off. præfect. urb.*

**b.** Hi edicta proposuerunt, teste Curtio  
lib. 5. officium eorum erat, ut ludos facerent, æ-  
des sacras tuerentur, caverent ne in venditio-  
nibus fraus adhiberetur. *l. item queritur. 13. §.*  
*si quis. 8 ff. locat. conduct.* ideo quoque dicitur,  
eos juri dicundo præfuisse. *l. 2. §. ergo ex his. 34.*  
*ff. de origin. jur.*

**c.** Hasta hæc decemviralis, & centumvir-  
alis dicitur, quæ signum erat, in foro, exercen-  
di judicium centumvirale. Ut autem consu-  
lis est vocare & cogere senatum, & consul qui-  
dem ipse, magistratus, sed non etiam cæteri se-  
natores; ita etiam decemviri litibus judican-  
dis cogunt centumviros, eisq; præsident, præ-  
torum vice, quos & iis præsidere potuisse, non  
abnuo, & sunt quidem ipsi decemviri magi-  
stratus, & centumvirorum sententias exequun-  
tur. Decemviri enim magistratus sunt non  
judi-

Bibliotheca Academica Rostockensis









### XXXI.

Tutelæ dationem, nec  
imperij, sed ei soli competet  
hoc dedit, vel lex, vel Senat  
princeps, Ulpianus ait.

Sic legatus proconsulis tu-  
natione Divi Marti. l. i. §. i.  
curatorib. dat. Prætor Urbanu-  
provinciæ præses, ex lege Julia  
de Attilian. tutor. Juridicus Al-  
dem oratione Divi Marti. l.  
offic. juridic. Præfectus urbis  
Severi. l. i. ff. de offic. præfect.  
mei. 45. §. penult. ff. de excusati-  
rator. Ex ejusdem Divi Ma-  
habet tutoris dationem, præ-  
ipse primus curavit. Ex co-  
dij consules habent hanc po-  
stratus quoque municipais l.  
l. jus dandi. 3. ff. de tutorib. vel  
cet id jussu præsidis faciat.  
gnoris captionem. l. quemad-  
gistratus. ff. ad leg. Aquil. licet  
si jubente præside. l. nominato-  
rib. & hypothec. Sic decurion-  
dare. l. ubi absunt hi. ff. de tu-  
dat. qui tamen jurisdictioner  
sed tantum suffragium. tot. ti

### XXXII.

Habent hoc imperium i.  
Reipublic. procuratio, à pr.

his, nec  
ninatim  
um, vel

O.  
vel  
a,  
ft.  
a-  
de  
ivi  
lii  
cu-  
ne  
em  
au-  
gi-  
ge.  
li-  
pi-  
na-  
ni-  
no-  
res  
rib.  
ent,  
nib-

s, quibus  
el populo  
com-



Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]